

densis capituli. dominj joon litle & proprio. atque dominorum jacobi branson petri torlakson. nicolai. dilecti fratris mei & aliorum amicorum meorum sigillis feci consignari. Actum lundis anno domini MCCLX nono XII Kalendas Nouembbris Exsequentes autem testamenti mei constituo. Dominum joon litle et dilectos concanonicos meos magistrum nicolaum thorchilli et magistrum trygotum tukonis.

541.

1269 d. 29 Oct.

Stockholm.

BENGT MAGNUSSONS betyg att han gifvit sin Hustru ULFHILD Brunneby och Linkalöö i utbyte för de henne i morgongåfva lemnade Bro och Hälleby, af hvilka sina egendomar, tillika med flere andra, han anordnar en del till Wreta kloster och en del till andra andeliga intärtningar.

A. 3. t. 5.

Vniuersis presentes litteras visuris uel audituris. Benedictus quondam Magni filius salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi presentes Litteras inspecturis Quod Nos cum dilecta uxore nostra vlwilde cambium prediorum facimus in hunc modum. Recepimus enim ab eadem. Bro & hällæby curias videlicet illas quas sibi in donacione propter nupcias assignauimus. Dantes eidem pro permutacione predictarum alias duas curias silicet Brunnæby & Lincalössø. si nos premori contingat, in perpetuum possidendas. predictam uero mansionem nostram in bro claustro Monialium de wretis jn nostrorum remissionem peccatorum conferimus iure perpetuo possidendam. Hellæby curiam nostram vendi uolumus pro debitis nostris in swethia persoluendis. Jtem duos octonarios in Norosum thiust & unum in sudrrusum eci-am uenundari volumus pro nostrorum in østgocia soluzione debitorum. vt autem ista omnia robur optineant firmitatis. supplicamus vt dominus noster rex huic nostre ordinacioni exequotorem se exhibeat specialem. ac sigillum suum una cum sigillis venerabilium patrum & dominorum. H. lincopensis. K. arosiensis. Episcoporum. Domini. F. vpsalensis archidiaconi. Domini philipi. Domini algoti. Domini jngiwaldi. Domini haraldi. dignetur in testimonium hiis litteris adhibere. presentibus nichilominus nobis non preiudicantibus quicquid in posterum dum uixerimus ordinare duxerimus in premissis. Datum stuc-holm anni Domini. M°CC°.LX°. IX°. Quarto kal. nouembris.

På frånsidan med olika bläck och annan hand:

Fratribus in skening. do VIII marcas argentj. item cuilibet domuj fratribus predicatorum. do in regno swethie marcham argentj. Item cuilibet hospitali in regno & cuilibet domus fratribus minorum & cuilibet claustro monachorum & monialium in regno. do dimidiā marcam argenti. Ad ista soluenda uendatur curia nostra in sneprawat cum omnibus que sunt in ea. Item do eccliesie in brunnabÿ. III:or marcas argenti. Item do libertatem ascero in brunnaby

& Nicolao in sörby. Item pro predio in býckabý. quod mihi concessit Magnus de býergom ... preedium totum quod habeo in ..... cum omnibus que sunt in illa curia & in precor dei maledictionem quicumque retractat uel irritare attemptat.

Sigillen: N:o 1, 2, 8, 9, 10 börtfallne, N:o 3—7 skadade.

542.

1270.

Linköping.

Kaniken PETERS i Linköping Testamente af sin gård Broby till Domkyrkan derstädes mot några utbetalningar; m. m.

B. 3: 136.

Ego petrus canonicus lincopensis, mortis ac nouissimorum non immemor que vrgente caritate recoluntur testamentum condo consilio salubri per hunc modum. mansionem meam broby cum predio & domibus do ecclesie lyncopensi. jsta tamen condicione vt preedium hoc ponatur ad augmentandam prebendam quam jn dicta ecclesia contulit & fecit bone memorie prepositus jngimundus. quicumque autem ad illam prebendam tunc canonicus extiterit cum dicta mansio eidem fuerit aggregata teneatur soluere domine priorisse & conuentuj vretum sex marcas puri. similiter fratribus de sudhercopia VI marcas puri, quas jn meorum remissionem confero peccatorum Jllijs autem predij jn dicta prebenda nullus habeatur vsus, donec elemosina iam dicta que est XII marc. puri totaliter fuerit persoluta. quodque testamentum confirmatur morte testatoris donacione mea jam predicta talem condicionem decreuj disponendam. quod si dominus noster ihesus christus me ad se jn presenti vocauerit de ergastulo huius seculi vel quandocumque me mori contigerit dicta donacio manere debeat jperpetuum stabilis atque rata si vero spiritus sancti gracia sanitati me restituerit, libera michi super hoc dono tribuatur facultas juxta placitum meum ordinandi Jnsuper domus quas habeo chimstadhym & quas emj de nicholao filio prepositi pro XIIIII marcis denariorum ecclesie eidem assigno. domunculas vero quas habeo stra ecclesie jbidem ob meorum remissionem peccatorum relinquo Datum lyncopie anno dominj M<sup>o</sup>CCLXX.

543.

1270 d. 17 Apr.

Konung WALDEMARs öppna Bref rörande befrielse för några, här till sina råmärken bestända, ARVID SKAGES gods, från skogaskyld, landskyld och lagmansskyld, samt att ARVID för dessa friheter till Kronan afstått sina gårdar i Holmstenstorp.

A. 6. a. 1: 6.

Omnibus presentes litteras inspecturis. W. dei gracia Rex sweorum, salutem in domino sempiternam. Tenore presentis littere in publicam pro-